

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et
Sexto Decretalium Continentur

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Regula LXX. In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum
adimpleri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61853)

hominum numerus crescit, insidiæ, & odia foventur, Magistratus, & Iudicium authoritas minuitur. Denique malorum omnium impunitas confirmatur.

Quamobrem & Regulæ hujus, & Isidori saluberrima suasio attendenda est. In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod incaute voluisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adim-

pletur. 22. q. 4. c. 5. ubi Glossa breviter. Aliud in malis promissis, aliud in male promissis: primum non est servandum, secundum sic. Caietan. late in 2. 2. q. 80. art. 1. Less. c. 18. Dub. 3. c. 17. Dub. 6. Navarr. c. 12. n. 15. vers. 16. Thol. l. 21. c. 2. 1. 3. Sayas in clave l. 5. c. 6. 2. 2. & c. 7. n. 2. Cor. 1. 1. Quamvis pactum. Part. 1. §. 6. n. 6. Suarez. II. de relig. l. 2. de iuram. c. 14. Escobar. Tract. 3. Exam. 3. c. 1. n. 4. & seqq.

REGVLA LXX.

In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

QVIA duæ partes Regulæ sunt, una in alternativis electio debitoris est. Altera sufficit alterum adimpleri, dividimus & separatim explicabimus.

§. 1. *In alternativis debitoris electio est.*

I. **S**Vmpta est ex l. plerumque v. ult. ff. de iure dot. l. Si in emptione. 34. l. Si ita. 25. ff. de contrah. empt. l. Si quis pen. C. de condit. indeb. Inst. de action. Exempla passim obvia sunt. 1. Si à principe duo beneficia promissa sunt tibi, non tuum, sed iphius erit, utrum potius dare velit. 2. Si quis vinum, vel frumentum in solutionem exigat, debitoris est alterutrum dare. 3. Si testator servum, vel pecuniam legaverit, hæredi, liberum relinquitur, stichum dare, vel plutum. 4. Si ex tribus filiabus unam

tibi in matrimonium Cajus promiserit, illa, quam dederit, contenetur erit. 5. Si bovem vel arietem debo, ait Caramuel in Theol. fundam. n. 619. arbitrii mei est, nunc bovem, nunc arietem præstare. Solo arbitrio, & voluntate mutare licet. I. Eum, qui ff. de verb. oblig. Horum, & similium ratio est, quia nul electio permitteretur debitori, ejus qui offert, vel proponit, voluntas nullum effectum haberet, sublata nimis optione, quæ in beneficio includitur. l. Cum quid. ff. si certum petatur. Darnas in Reg. 235.

II. Alternativarum propositionum quatuor genera sunt, ad qua alia omnia referantur.

1. Est personarum, cum inter plures personas alternatio sit, de qua inl. Cum quidam. C. de verb. signif.

2. Rerum, cum inter plures res, ut in di-

indicta. §. Sin autem l. Cùm res. §. sed si
stichus f. de legat. I.

3. Locorum, cum inter diversa lo-
ca, ut in §. Non uique l. 3 ff. de eo, quod cer-
to loco dari oportebit.

4. Temporum, cum inter plura
tempora electionem damus. I. Si ita sti-
pulatus 109. de verb. oblig. Has species to-
tidem mixtae consequuntur, ut si cum
per eos locum, cum loco tempus con-
jungas, vel alio quolibet modo, etiam
trimembri conjunctione consociés. v.
g Dño Romæ hastam ultimo die anni
currentis.

III. Amplia 1. Ut quæ facultas Ti-
tio competit faciendi electionem, trans-
ferat id ipsius hæredes, pariterque ad
hæredes legatarii, & similium. I. Si stipu-
lus fuerit. 76. ff. de verb. obl. I. illud ff. de
opione legata. Limitatur tamen in lega-
to alternativo, quando altera ipsius
paris conditionalis fuerit. Tunc enim
pendente conditione legatarius de-
cedat, sicut nec legatum, ita neque elec-
tio ad hæredem perveniet. Everh. in
h. A natura alternativa. Roman. singulari-
§. Barb. hic.

Amplia 2. Ut delecta una parte
alternationis, altera debitori obve-
rit, ita ut vel eam quæ superest, vel
quæ, quæ perempta est, estimationem
percipiat. Ita DD. ad l. Cùm res. 47. v.
sed si Stichus. & V. Qua ratione. ff. de lega-
tu I. Dummodo ita se habeant par-
tes alternationis, ut neutra ab altera
necessariò dependeat: nec una magis
principaliter promissa aut proposita
sit.

Amplia 3. Ut etiam facta semel ele-

ctione, licitum debitoti sit, variare
quoties voluerit. I. Eum qui. 138. §. 1. de
verb. oblig. I. qui ex pluribus. ff. eod. & con-
sentiant ibidem Interpretes: adeo ut
ne litis quidem contestatio istam mu-
tantæ voluntatis facultatem adimat.
Cùm purè stipulatus es, ait Venuleius
ad l. eum qui certarum. §. 1. de verb. oblig.
illud aut illud dari, licebit tibi, quoties
volueris, mutare voluntatem in eo,
quod præstaturus sis.

Amplia 4. Ut si forte per errorem
utrumque solverit debitor, licet illi
repitere, quod placuerit. I. pen. C. de con-
dict. indeb. quia ut Fulgosius exigitur,
condictio indebiti est quasi restitutio
in priorem statum. Sicut ergo ante er-
rorem, ita post illum quoque liberam
electionem habet.

Amplia 5. Ad res spirituales, cuius-
modi est matrimonium. Nam si pro-
miseric Cassandræ aut matrimonium,
aut certain pecunia summam, facies
utrumlibet, & si ponituerit pecuni-
am dedit, capies uxorem: & si ux-
orem acceperis, etiam subsecuta co-
pula, ac consequenter matrimonio
(secundum antiquos Canones, c. de il-
lis. de conditio oppos. hodie correctos
per Concil. Trid. Sess. 24. c. 1.) adhuc ma-
nere potestatem eligendi alteram par-
tem dicit Peckius. Nam facultas eli-
gendi non tollitur per commixtio-
nen subsecutam, cum id nullo jure
caveatur. Alber. in dictio. suo ad v. Ma-
trimonium, quinto. Licet enim copu-
la faciat de sponsalibus conditio-
natis sponsalia pura, eaque puri-
ficata in matrimonium transire.

s. de

c. De illis, de condit. appos. non tamen adimit facultatem eligendi alterum ex alternativè promissis, cùm id nusquam in legibus aut sacris canonibus expressum sit: quod tanquam valde singulare commendat. D. Praes in loc. legalibus Loco, à natura alternativorum. Ita Petrus Peckus, quam verè ac solide nostri instituti non est hoc loco discutere. Legi post Thom. Sanch. l. 1. de matrim. disp. 26.

IV. Limita 1. In alternativis actionum, in quibus electio creditoris est, ut actione, quā voluerit, experietur. l. Si servus. 108. §. Cùm homo ff. de legati l. Ratio est, quia si debitori electio relinquatur, nunquam finem suum actor consequi posset, impediente reo item, ex qua damnum metuit. Pari modo, si quis promittat certo tempore solvere, aut pignus dare, ad creditorem spectare electionem DD. volunt. Nam si electionem debitor habeat, poterit fieri, ut nunquam solvat, sed pignus dando suspendat exspectatione creditoris. Hoc tamen non videtur ita universalē, ut nulla exceptio detur.

Limita 2. In alternativa pœnarum, quarum electio penes iudicem manet, nisi aliud exprimat. Hic enim non de rei, sed juris favore agitur, nec obscurum est, datâ reo electione minorem ab illa pœnam semper præferendam esse. c. Quoniam frequenter. §. ult. ut lite non contest. l. I. C. de his, qui latrones. Dixi nisi aliud exprimat iudex. Nam si ad ipsum reum verba dirigat, dicendo v. g. solvat 1000. aureos, vel urbe excedat, liberum reo erit alterutrum facere.

Limita 3. In alternativis personarum, inter quas prærogativa ordinis, &

affectionis est. Tunc enim ordo literz servatur. l. Cùm pater. ff. de legati f. 1. Molina de primog. l. 1. c. 6. n. 7. Hinc substitutionibus filius filiæ præfertur, quamvis hæc multum annis superaret. Idem valet in testamento si ponatur, substituo Cajum, vel Gracchum, præferetur enim Cajus. l. II. Cùm patr.

Limita 4. Quoties lex, aut mens disponentis, aut materia subjecta aliud suadet. l. Generaliter. C. de institut. & substitut. l. Lucius 2. ff. de hered. instit. Socimi ueson, & alii. Maximè si ex opposito timenda sit iniquitas aliqua. V. Barb. hic.

Limita 5. In alternativa locorum. Romæ solvam, vel Neapol. dicit debitor: creditoris erit determinare locum solutionis. Interest enim ipsius, ut absque incommodo, & damno quod sibi debetur, accipiat. l. 2. §. Scavola ff. deinde, quod certo loco. Idem valet in alternativa mixta rerum, & locorum. Quod tamen ita temperandum, ut ante petitionem creditoris debitori electio relinquatur. l. 3. ff. de eo, quod certo loco. V. Camb. hic.

Addunt aliqui alternativas in legatis, & beneficiis principum, sed istæ limitationes per alias limitationes declarandæ, & firmando sunt, ut satis videatur lectoris judicio, & discretioni relinquare. Barb. in Tract. de dictiōnib. n. 363. V. Everhard. in loco, à natura alternativorum. Vivianum in Comm. huius Reg. Duen. in Regula 23. Damasus in Reg. 6. Negusant. Tr. de pign. Part. 5. Membr. 1. Damasus in Reg. gula 6.

§. 2. Suff.

§. 2. Sufficit alterum adimpleri.

Desumitur ex l. In eo. §. ubi verba s. ff.
Hoc tit. l. Si heredi. V. disiunct. ff. decon-
dit. inst. l. cum pupill. 78. de cond. & demonst.
ed. Institut. de heredum inst. §. pan. Sic
enim absque alio quolibet, bene servar-
tur verborum proprietas, & naturae
jusdem dispositionis, quemadmodum
exempla docent. Promitto domum, vel
agrum, & similia passim obvia.

Fallit tamen 1. In alternativa per-
sonarum, quæ in conjunctivam resol-
vitur. l. 4. C. de verb. sign. ubi generaliter
dicitur, cum plures in testamento no-
minantur, non disjunctivè, sed copula-
tivè numerandos, ut nemo fraudetur à
commodo testatoris. Disjunctiva e-
nīm in ejusmodi eventu in copulati-
vam definit, quemadmodum in aliis
quoque. ex g. in interdicto. Quod vi, aur-
dam. Aut præpositio pro Et manifesi-
mē posita est. V. Barb. Tract. de diction. n.
46.

Fallit 2. Quando alternativa con-
cipitur per particulam, seu, quæ non
tam distinguendi, quām copulandi cau-
sa videtur adjecta. l. Si quis ita. 32. V.

Hoc enim. ff. de auro, & arg. legato, ubi
Gloss. & DD. Hoc tamen in multis non
habet locum. Vnde ex materia subje-
cta, & adjunctis formandum erit judi-
cium, an disjunctivè, an copulativè ac-
cipienda sit.

Fallit 3. Quando alternativa ponit
ur inter genus, & speciem partem &
totum. l. Apè 53. V. Et cum diximus ff. de
verb. signif. Et tradit Bart. communiter
receptus in l. 1 ff. de reb. dubiis. Everh. in
lo. à natura alternativ. limit 3.

Fallit 4. In alternativa legum, ut
sunt illa, quibus in progressu suorum
responsum Iuriconsulti utuntur, vel
quibus aliquando leges, & statuta con-
cipiuntur, quæ sanè, nisi incommoda
velimus, necessario oportet interdum
cupulativè accipere, ut patet ex l. pen.
V. quemad. C. de verb. sign. l. ubicunque ff.
de fidei ssorib. l. Quintus. V. planè iun. Gloss.
V. qua. ff. de aur. & arg. leg. cum aliis, de
quorum intellectu Cynus, Bart. & alii.

Fallit 5. Vbi materia subjecta, sco-
pus & finis, aliaque adjuncta contrari-
um sequi compellunt. Quia in re cer-
tam regulam frusta queris, quando
per judicium discretionis, ea, in quibus
litera deficit, supplenda sunt. V. Barb.
bic. & in Axiomate 32. num. 1.

REGVLA LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis
admittendus.

I. **S**Vmitur ex l. Invitus nemo. §. cui | enim à possessione dejectus actionem
damus ff. de Reg. Iur. Casum Glossa | habet, adeoque multò fortius, dum
potuit in eo, qui legitimè prescribit. Is | possidet, exceptionem. c. placui. 31. §. Po-
test. B b